



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Signa, quae apparebunt in creaturis ante iudicium, sunt sex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

*Signa, quæ apparebunt in creatu-
ris ante iudicium, sunt sex.*

Luc. 20. **P**rimo, ut boni non terreatur.
Luc. 20. Cum audieritis prælia
& seditiones nolite terreri, &c.

Grego. Vnde Gregorius. Minus enim iacula
Ilydo. feriunt, quæ præudentur. Et Ilydo-
rus. Expectata mala tolerabiliter fe-
runtur. Secundo, ut ad bene operan-

Luc. 21 dum animentur. **Luc.** His autem fieri
incipientibus respicite, & leuate ca-
pita uestra, quoniam appropinquat
redemptio uestra. Tertio, quia Deus
proditor reputaretur, si subito, & ex
improuiso pateretur, & ut malis timo-

Psal. rem incuteret. **Psal.** Dediti timetibus
te signum ut fugiant, &c. Quarto ut
homo per creaturas in quibus pecca-

Sap. 6. uit terreatur & affligatur. **Sap. 6.** Per
quæ peccat homo, per hæc & torque-

Grego. tur. Gregorius. Dignum est, ut qui in
cunctis delinquimus, in cunctis feria-
mur. Quinto ut uniuersale iudicium,
uniuersalis præcedat citatio, ut inde
peruersi sine excusatione pereant; un-
de electi exemplum capiant, ut ui-
uant. Sexto, ut per terrorēm uisibili-
um, appareat quantus sit terror inui-

Heb. 11 sibilium. **Heb.** Quanto magis deterio-

INSTITVTO. 209

ra putatis mereri supplicia, &c. Vnde
Gregorius. Ultima tribulatio, mul-
tis tribulationibus præuenitur, &
per crebra mala, quæ præueniunt, in
dicantur perpetua, quæ subsequentur.

Grego.

Sponsus spiritualis, sicut Christus
magis diligendus est, quam
carnalis, quinque ra-
tionibus.

Fab. 8

Prima est, quia nunquam separa-
tur a nobis. Matt. Ero uobis cum
usq; ad consummationem seculi,
&c. Secunda est, quia frequenter re-
cipit reuertentem. Hier. Tu autem
fornicata es cum amatoribus multis,
reuertere tamen & ego suscipiam te,
&c. Tertia est, quia non querit do-
tem, sed potius dat. Dedi eis fru-
mentum, uinum, & oleum, argen-
tum, &c. Quarta est, quia affectuo-
sè diligit eam, sicut animam spon-
sam eius. Vnde Paulus. Viri diligi-
te uxores uestras, sicut & Chri-
stus dilexit uos, &c. Quin-
ta est, quia pulcherri-
ma dat dona.

Ma. ult.

Hier. 3.

O sex. 2

Ephe. 5

Coleff. 3

Apo. 12

Apoc.

12.

S S